nioſi cujusdam Medici, qui ibi vivebat
relatione habeo. Is enim & ſe & ali
os in iſtâ civitate per totam hyemem
non ſolùm vina ſed & cereviſias â fri
gore conſervaſſe aſſeverabat in Hy
pogæis vix 12. vel 14. pedes profun
dis; Sed quæ ſuperius bene tecta a
ſollicitè aſſeribus abiegnis compacta
in quibus anguſta janua, quâ deſcen
ditur, arcte admodum aptata orifi
cio, ad concludendum internum, &
quantum fieri poteſt excludendum
externum aërem, ne hujus frigore il
lius calor everteretur.

Suſpicatus certè fui calorem illum
qui adeo diverſus in Hypogæis in
venitur, partim deberi ſubterranei
exhalationibus, quæ illîc, elevan
tur, & fortaſſis aliquâ ratione efflu
viis fermentantium vel fermenta
torum liquorum, quæ iſtis in locis ſo
lent hoſpitari. Ac firmata iſta
mihi ſuſpicio fuit ex informatione
modo memorati Doctoris, qui ſu

ex